THESES EX UNIVERSA THEOLOGIA, QUAS IN CAESAREO-REGIA...

Alberto Mussoni

14

THESES

EX

UNIVERSA THEOLOGIA,

QUAS

IN CAESAREO-REGIA

ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA

SCIENTIARUM

UNIVERSITATE VINDOBONENSI

PRO OBTINENDO

DOCTORIS IN SS. THEOLOGIA

GRADU ACADEMICO

PUBLICE DEFENDENDAS SUSCEPIT

P. ALBERTUS MUSSONI,

PRESBYTER CONVENTUALIS ANTIQUISSIMI MONASTERII AD S. PETRUM SALISBURGI, ORDINIS S. P. BENEDICTI.

DIE II. JULII MDCCCLXVIII.

SUMPTIBUS AUCTORIS.

VINDOBONAE.

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITHARISTICAE.

AMPLISSIMIS HONORIBUS

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

ALBERTI EDER,

ABBATIS AD S. PETRUM SALISBURGI,

PRAEPOSITI AD S. MARGARITAM WIETINGAE, REV^{MI} ET CELS^{MI} PRINC. ARCHIEP. SALISB. CONSILIARII ECCLESIASTICI, INCLYTI ORDINIS CAES. REG. AUSTRIACI DE CORONA FERREA EQUITIS, A. A. L. L. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS

ETC. ETC. ETC.

702

PRAESULIS PIISSIMI,

PATRIS OPTIMI,

MAECENATIS MUNIFICENTISSIMI,

IN

ANIMI GRATISSIMI

NEC NON

PROFUNDISSIMAE VENERATIONIS

SIGNUM

FILIALI CUM DEVOTIONE

D. D. D.

E Theologia Fundamentali.

1.

Ex Dei existentia pro homine sponte fluit necessitas religionis.

2.

Miracula et vaticinia eventu comprobata certissimum sunt revelationis divinae argumentum.

3.

Romanum Pontificem in decisionibus dogmaticis infallibilem judicamus.

4.

Sola Ecclesia Catholica est Ecclesia Christi.

Ex Archaeologia Biblica.

1.

Paradisus fuit locus terrestris.

2.

Verba Gen. V., 24. „כִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים“ de morte naturali explicari nequeunt.

3.

Aquis universam superficiem terrae obrutam fuisse, historicis relationibus et geologicis disciplinis apprime confirmatur.

4.

Longaeva vita Patriarcharum nequaquam repugnat humanae naturae constitutioni.

5.

Circumcisio Hebraeorum ex institutione divina est repetenda.

6.

Malach. I, 10, „מִנְחָה טְהוֹרָה oblatio munda“ ss. Eucharistiam designat.

Ex Introductione in LL. SS. V. F.

1.

Divina auctoritas Librorum ss. V. F. Jesu Christi et Apostolorum testimoniis comprobatur.

2.

Distinctio inter proto- et deuterocanonicos Libros non est ab Ecclesia statuta.

3.

Imprecationes in psalmis occurrentes eorundem theopneustiae nil derogant.

4.

Liber Jonae veram continet historiam.

5.

Isaias VII, 14. sub voce הָעַלְמָה Deiparam virginem mente prospexit.

6.

Liber Danielis authenticus est cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica publice legi consuevit.

Ex Hermeneutica Biblica.

1.

Nemo in rebus fidei et morum sacram scripturam interpretari audeat contra eum sensum, quem tenuit et tenet S. Mater Ecclesia, aut contra unanimem consensum Patrum.

2.

S. synodus Tridentina Vulgatam authenticam declarando minime textus originalis usum prohibuit.

3.

Mythos in SS. Literis contineri, turpissimum impiumque est commentum.

4.

Hebraei lyricam solum poësin coluerunt.

5.

Ecclesia catholica non vetat, sed moderatur lectionem ss. Scripturarum, et sic fidelium saluti consulit.

6.

Societates vulgo biblicae verbo Dei detrimentum potius, quam emolumentum afferunt.

Ex Introductione in LL. SS. N. F.

1.

Evangelium S. Matthaei hebraice scriptum fuisse, firmissima statuit antiquorum traditio.

2.

Binam S. Pauli captivitatem romanam defendimus.

3.

S. Paulus est auctor epistolarum pastoralium.

4.

Verba, quae leguntur apud S. Matth. c. V. v. 32.: „*παρεκτὸς λόγου πορνείας*", et c. XIX. v. 9: „*μὴ ἐπὶ πορνείᾳ*", divortii patronis nequaquam suffragantur.

5.

Verba Rom. Cap. IX. v. 5. „*θεὸς εὐλογητὸς*" ad Christum pertinere ex ipso patet contextu.

6.

Sic dictum fragmentum Muratorii in historia Canonis summi est momenti.

E Theologia Dogmatica.

1.

Peccatum originale consistit in privatione justitiae originalis, estque vera animae macula cuique propria.

2.

Beatissima Virgo Maria in primo instanti suae Conceptionis intuitu meritorum Christi ab omni originalis culpae labe praeservata fuit immunis.

3.

Validitas sacramentorum non dependet a sanctitate ministri.

4.

Contritio perfecta cum voto sacramenti ante ipsius sacramenti susceptionem justificat.

5.

Jesus Christus est verus Deus et verus homo.

6.

Catholici Sanctos cultu duliae rationabiliter colunt.

E Theologia Morali.

1.

Lex humana non obligat, quando legi divinae adversatur.

2.

Libertas contrarietatis ad essentiam libertatis non pertinet.

3.

Peccata mortalia essentialiter differunt a venialibus.

4.

In rebus fidei et salutis tutior sententia semper est sequenda.

5.

Autochiriam tum ratio tum revelatio reprobat.

6.

Usus magnetismi sic dicti animalis, si fiat ad ea cognoscenda aut efficienda, quae naturaliter cognosci aut effici nequeunt, omnino superstitiosus est atque illicitus.

Ex Historia Ecclesiastica.

1.

S. Apostolus Petrus Romae tamquam Episcopus hujus urbis obiit.

2.

Origo status religiosi quoad substantiam seu essentialia repetenda est ex ipso Evangelio.

3.

Papa Honorius I. Monotheletismi injuste arguitur.

4.

Decretales Pseudo-Isidorianae non Romae, neque in Italia, sed in regno Francorum confectae sunt.

5.

Qui nunc existunt coetus Protestantium, in rebus spiritualibus summi momenti a se invicem non minus quam ab Ecclesia catholica dissentiunt.

6.

Quod arces bene munitae regno, id sunt monasteria bene instituta Ecclesiae Dei.

E Jure Ecclesiastico.

1.

Plenitudinem jurisdictionis in totum orbem terrarum, vi institutionis Christi Domini, soli successores S. Petri — Episcopi romani — tenent.

2.

Presbyteris studium juris civilis omnino prohiberi, e cap. 10. X. ne Clerici vel Monachi (III. 50.) minime sequitur.

3.

Decretum Gratiani non ejusdem est auctoritatis, quam decretales romanorum Pontificum, partem secundam corporis juris canonici constituentes.

4.

Matrimonio propter aliquod impedimentum juris naturalis invalido, sic dicta sanatio in radice applicari nequit.

5.

Falsum non minus quam impium est asserere, vi contractus mere civilis posse inter Christianos constare veri nominis matrimonium.

6.

Proprietas bonorum ecclesiasticorum ad singula instituta ecclesiastica pertinet.

Aus der Pastoral-Theologie.

1.

Der objectiven Würde des Priesters soll dessen subjectiver Werth entsprechen.

2.

Das Breviergebet ist eine der vorzüglichsten Pflichten des Priesters.

3.

Das „medium tenuere beati" gilt auch für die Beicht-Praxis, um den rechten Weg zwischen dem Laxismus und Rigorismus einhalten zu können.

4.

Die Armenpflege gehört mit in den Wirkungskreis des Seelsorgers.

5.

Der Prediger sei immer vom Grundsatze geleitet: „Wir predigen Christum, den Gekreuzigten".

6.

Unschätzbar ist der Nutzen, der aus der Beförderung des Marianischen Kultus entspringt.